



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Socordia nostra fieri, vt in grauia peccata prolabamus. 77.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

nus, sermone quodam his verbis
 vtens. Quid est hoc seculum, &
 quod est gaudiū seculi? Seculi la-
 titia est impunita nequitia. Luxu-
 rientur homines, fornicentur, in
 spectaculis nugentur, ebriositate
 ingurgitentur, turpitudine fed-
 dētur, nihil mali patiantur: vider-
 tis seculi gaudium. Ista mala, que
 cōmemoravi, nō castiget fama,
 non belli timor, nō aliquis me-
 tus, non aliquis morbus, nō vlla
 aduersitas, sed sint omnia in re-
 abundantia, in pace carnis, in se-
 curitate malæ mentis: Ecce videtis
 seculi gaudium.

Socordia nostra fieri, vt
 in grauia peccata
 prolabamur.

77.

Ex templo non tecta ruunt, sed decidit imber
 Paulatim, ac tecti culmina summa cauat.
 Sic tectum primò vitiatur, tignaque posthac:
 Denique sic sequitur tota ruina domus.

*Sic quoque nemo ruit confestim in crimina magna,
Verum animæ curam submouet antè suæ.*

Tum tenuem noxam grauis excipit, atque ita plures.

Sic sensim ad scelerum labitur ima miser.

SCHOLIA.

Exemplo non tecta) Cassianus, vt
est in libro Allegoriarum Bibli-
carum, exponens illud Ecclesiastis, *Eccle. 10*
In pigritiis humiliabitur conti-
gnatio ad huc modum loquitur:
Lapsus quispiam, nequaquam sub-
itanea ruina corruisse credendus
est: sed aut prauæ institutionis
deceptus exordio, aut per lögam
mentis incuriam paulatim virtu-
te animi decidete, & per hoc sen-
sim vitiis incrementibus casu mi-
serabili cõcidisse. Ante contritio-
nem enim præcedit iniuria, & an-
te ruinam mala cogitatio: quemad-
modum domus nequaquam subita-
neo ad ruinam procumbit im-
pulsu, nisi aut aliquo vitio fūda-
menti, aut longa inhabitantium

Prou. 16o

S A C R A

desidia stillicidiis primùm par-
 uissimis penetrantibus corrupta
 sensim fuerint munimēta tecto-
 rum, quibus per vetustam negli-
 gētiam in maiorem modum pe-
 tefactis, atq; collapsis, paulatim
 posthac influat pluuiarum tem-
 pestas. In pigritia enim humili-
 bitur contignatio, & in segnitie
 manuum stillabit domus. Quod
 animæ spiritualiter euenire idem
 Salomō aliis verbis ita designat,
 dicens: Stillicidia eiicient homi-
 nem in die hiemali de domo sua.
 Eleganter ergo mentis incuriam
 domui comparauit, tectóque ne-
 glecto, per quam primùm quidē
 velut munitissima quædam pe-
 netrāt ad animam stillicidia pas-
 sionum, quæ si velut parua & le-
 uia negligentur, corrumpunt ri-
 gna virtutum, & posthæc influūt
 imbre largissimo vitiorum, per

quæ in die hiemali, id est in tem-
pore tentationis, ingruente im-
pugnatione diaboli, expellitur
mens de habitatione virtutum.

Mundi desideria amputanda es-
se, ut ad Deum mens no-
stra efferatur.

78.

*Cum nequit, in latum quia sese porrigit, arbor
Crescere, tum frondes falce putare decet.*

Ut fluvius retrò properet, vi sistere cursum

Est opus: ac versis ille recurreret aquis.

Ergo diu hesisti quicumque in gurgite fœdæ

Criminis, & flamma iam meliore cales:

Scinde superuacuum lascivæ carnis amorem:

Ac citò sublata sidera mente petes.

SCHOLIA.

Cum nequit) Si à carne, inquit *Lib. 3*
Gregorius, hoc quod libet, ab- *cap. 18.*
scindimus, mox in spiritu quod
delectet inuenimus. Ac paulo
post: Intentioni quippe animæ si
exterior euagatio clauditur, inte-
rior secessus aperitur. Nam quò